erat ignorantiæ. purgationis siue ueritatis depelleret. sicq; demum ad laudem domini aperiret. Et dixi. mihi. Iam dominū secuti laudi. quia Ecce tetigi hoc labia tua. et auferetur iniquitas tua. et peccatum tuum mundabitur. si quid indignum prius in deum. Iam qui linguam puram facit a peccato. sermo diuinus est. De quo in hoc eodem ysaias dicitur. habens carbonem ignis sedebit sup eos. hi erunt tibi in aduitorium. Et audiui uocem domini dicentis. Quem mittam. Et quis dignus predicare et idoneus docere. ibit nobis scilicet ad populum istum. Sciendum quod quando et dei persona dicitur nobis. illo sensu accipiendum est quo et in genesi legimus. faciamus hominem ad ymaginem et similitudinem nram. ut saltem mentium inducat tenebras. Propterea dñs non dicit dñs quem ire percipiat. sed proponit audientibus optionem. ut uoluntas primum consequatur. Et dixi. Ecce ego sum cui purgata sunt labia. et ablata iniquitas. mundatumq; peccatum. mitte me. Horandum qđ moyses cui diceretur dominus. uem et mittam te ad pharaonem. Et ille ait. Obsecro domine non sum dignus. et proinde alium quem mittas. non de contemptu sed de humilitate respondit. qua mihi de purgatis labiis suis audierat qui omni sapientia egyptiorum fuerat eruditus. et de infecto egypto conscientia ei aliqua parte sordebat. Ysaias uero non suo merito sed domini gratia. quia purgatus est. sese offert mittendum. neq; hoc temeritatis est sed obedientiæ et proprie uoluntati in ministerium diuinum. Et dixit. Videtur hic induci loquens filius dei. qui in regnantis habitu supra eum uidit. Sed obest qđ paulus in actibus apostolorum ubi rome loquitur ad iudeos. Bene inquit spes sancta locutus est per ysaiam ppham ad patres uestros. Vade ad populum istum et dices. Aure audietis et non intelligetis. et uidentes uidebitis et non perspicietis. Ad qđ dicit. Vitis est quidem filius in regnantis habitu. et locutus est spiritus sanctus ꝓpter consortii maiestatis unitatem qui subsistentiæ. Vade et dices in persona mea populo huic iniquitate pleno. Heretici scelerum uestrorum uobis gratia mea subtracta ꝓmitto quidem. Audire monita salutis audientes auditu corporis. et nolite intelligere sensu cordis. et uidere uisione carnis. Saluatorem uestrum mortuos suscitantem. leprosos mundantem. et nolite cognoscere. Quod tunc impletum est. cū dixerunt. demonium habet. et non est ille homo a deo qui sabbatum non custodit. et insuper cū metuendum saluti eorum missum frenetici occiderunt. Vnde apostolus. Si enim cognouissent. nunquam dominum gloriæ crucifixissent. Excæca cor populi huius. Sciendum quod credentibus quibusdam iudeis. et nondum illis saluatorem suum ꝓsequentibus. dominus discipulis suis ꝑ cepit. In uia gentium ne abieritis. et ciuitatem samaritanorum ne introieritis. sed ite potius ad oues quæ perierunt

domus israhel. Si g̃ uideri semp credere uoluissent. semp gentes in suis erroribus re
mansissent. Sed quia crucifixerunt dominũ. ꝛ uerbum illius abiecerunt. ad gentes
demũ translatum est. Vnde paulus. Vobis oportebat primum loqui uerbum dei. sed
quia reppulistis illud. ecce conuertimur ad gentes. Quod in spiritu p̃uidens. ꝓpheta tales
ad dominũ erumpit in preces. O domine.
precipis michi loqui ad populo huic. quod
exigendus eoꝝ peccatis audient ꝛ non in
telligent. Et o iustissime ꝛ potentissime
domine sic fac. Excecq. i. excecari pmit
te eoꝝ populi huius. ut lucem ueritatis ñ
attendant. ꝛ aures eius aggraua. ut arrec
te non sint ad audiendum uerbum dei.
ꝛ oculos eius claude. ut saluator⁹ grauis
sit eis etiam ad uidendum. ne forte uide
at oculis suis miraculis refulgentem.
ꝛ auribus i. mente ac diligenter audiat
populos docentem. ꝛ corde suo intelligat. ꝛ
conuertatur ꝛ sanem eum. Si enim intel
lexerint ꝛ conuersi sanati fuerint. to
tus mundus non recipiet sanitatem.
Non est crudelitas sed misericordia unam
perire gentem ut omnis salue fiant. iudeoꝝ
partem perire non uidere. ut totus mund⁹
aspiciat. Quod uero dicit ne conuertatur
ꝛ sanetur. et hoc animaduertendum. q̃
uis sit graue peccatum. tamen si aliquam
conuertatur. eam posse sanari. Simulq;
ꝛ hoc intelligendum est. quod propt̃ mag
nitudinem sceleris etiam penitentia digni
iudicati sunt. ipso domino dicente ad ie
rusalem. Quoties uolui congregare fi
lios tuos sicut gallina congregat pullos su
os sub alas. ꝛ noluisti. Et dixi. Auferã
quidem uidentem dominum. uade dic po
pulo huic quod audiet ꝛ non intelliget. uide
bis ꝛ cecus eris. ꝛ idcirco dixi querens solli
citare de populo meo. Vsquequo domine hec
sententia pmanebit. ut audiens non audiat.
ꝛ uidens non uideat. Et dixit. Tandiu
non audiet nec uidebit. ꝛ excecatum habebit
eos. donec uespasiano ⁊ tito pugnantibus
desolentur. i. penitus subuertantur ciui
tates. in tantum ut nec nomen pristinũ
remaneat. absq; habitatore siluaticis fac
te. ꝛ. i. etiam domus si quę alicubi remã
serint sine homine in eis cõmorante sint.
ꝛ terra deserta ab agricultura relinquet.
Et ideo domus sine hominibus erunt.
quia uel fuga uel captione longe per totũ
orbem faciet dominus homines iudeos scil.
Et ciuitas que derelicta fuerat sclice a deo
multiplicabitur in filiis ꝛ ciuibus suis. non
inter se. sed in medio eorum. i. in cunctis gen
tibus. ut ubiuis dispsi generent filios ꝛ fili
as. Equidem longe faciet dominus gentes.
et tamen adhuc in ea scilicet iudea erit de
cimatio. i. admodum parua pars residua po
puli. in tantum ut ad cõparationem prio
ris multitudinis. decima pars uix possit di
ci. Et rursum fere tota eadem paucitas con
uertetur in fugam uel exilium. cum post
annos fere quinquaginta adriani⁹ ue
nerit. ꝛ iudeam penitus fuerit depredatus. ꝛ erit in ostensionem. i. depredationem to
ta terra sic nuda. sic spoliata. sicut therebinthus. ꝛ sicut quercus que proicit ramos su
os. i. dest glandes que iam amisit. Demq; post extremam ualitudinem etiam leges publice
pependerunt. ꝛ prohibiti sunt iudei terram de qua eiecti fuerant ingredi. Et quasi que
reretur. si omnes sic eiciendi sunt. qui igitur remanebunt. Respondit. Semen sanctum.

& lux obtenebrata est in caligine eius.

VIII Capitulum sextum.

In anno quo mortuus est ozias. uidi
dñm sedentẽ sup solũ excelsũ & ele
uatũ. & ea quę sub ipso erant imple
bant templũ; seraphim stabant
sup illud. sex alę uni. & sex alę alte
ri. Duab; uelabant faciẽ eius. & &
duabus uelabant pedes eius. & du
abus uolabant; & clamabant alter
ad alterũ. & dicebant; scs. scs. scs.
dns dś exercituũ. plena est omnis
terra gla eius. Et cõmota sup limi
naria cardinũ a uoce clamantiũ.
& domus impleta est fumo. Et dixi.
Ve michi quia tacui. quia uir pollut
labiis ego sum. & in medio populi
polluta labia habentis ego habito.
& regem dñm exercituũ uidi oculis
meis. Et uolauit ad me unus de sera
phim. & in manu eius calculus. quẽ
forcipe tulerat de altari. & tetigit
os meum. & dixit. Ecce tetigi hoc labia
tua. & auferet iniquitas tua. &

ERIT. i. fideles ꝛ usq; erũt.
ꝛ in quibus illud cõplebit.
nisi dominus reliquisset
nobis semen sicut sodoma
fuissemus. ꝛ sicut gomorra
similes essemus. id quod
futurum est in ea. i. qui pmã
serunt in ea. A quo iudei
cet semine. cuncte poene ben
ecclesie pullulabunt.

Factum est in diebus
achaz filii ioatham. filii
ozye regis iuda. ascendit
rasyn rex syrie. ꝛ facie fi
lius romelie rex israhel in
hierusalem. ad prelian
dum contra eam. & non potue
runt debellare eam. Et
nuntiauerunt domui dauid
dicentes. Requiescit syria
super ephraym. Quasi dicer
Confederati sunt contra te.
Et cõmotum est cor eius ꝛ cor
populi eius. sicut mouentur
ligna siluarum a facie uenti.
Memoria retinendum est.
quod ozias qui ꝛ azarias
rex iuda. regnauit in hie
rusalem. annis quinquagin
ta duobus. cuius extremo
tẽpore iudit ysaias que
uel primum
preteritus sermo disserit.
Quo mortuo. ꝛ regnante
pro eo ioathan filio ei rege
iustissimo. iudit istum pro
phetam dominũ saluatore in
sua maiestate regnantem.
ꝛ annuntiante ea que sedo
hui libri sermone compre
hensa sunt. Tertius rex
filius ioatham succedit
achaz impiissimus. qui clau
sit ianuas templi. ꝛ in val
le gehennon adolauit baa
lim. ꝛ filios suos ydolis con
secrauit. ira ut auferret
altare eneum quod salomon
fecerat. ꝛ poneret in tẽplo
dei altare ydoli. cuius ex
emplar de damasco acceperat.
Iste igit dñi auxilio derelic
tus est. ꝛ consurrexerunt
aduersus eum rasyn rex syri
e. i. aram. ꝛ facee filius
romelie rex israhel in samaria
maria. & uenerunt in hie
rusalem. quatinus expug
narent eam. Legimus enim
in paralypomenon libro il
los quam plurimos de iu
dea occidisse. Et dixit
dominus ad ysaiam. Loqe
de se tanquã de alio humili
tatis causa. Et egredere in
occursum achaz tu ꝛ ialuph
filius eius qui e. i. reliquie
derelictus. in typo populi

uda · qui est · a duobus regibus relinquend⁹ · & de eor⁹ manibus liberandus ad extremum aqueductus piscine superioris scilicet in via agri fullonis. Vbi postea lectum fuimus sub ezechia rege iuda stare rapsacen · & per peccata semache trib regis assyriorum dei populum blasphemare. Et dices ad eum. Vide ut fileas: xiv
& quescas · & securus sis: peccatū tuū mundabitur. Et audi
atq; a multa timorem · & corde abigas formidinem. uocē dñi dicentis. Quē mittam ·
Hoc est qđ dicit. Noli timere · & cor tuum ne formi & quis ibit nobis? Et dixi. Ecce ego.
det a duabus caudis ticionum fumigantium istorum! mitte me. & dixit. Vade. & dices
videlicet in ira furoris · & populo huic. Audite audientes me.
in furibunda ira rasyn · & syrie · & filii romelie. facere & nolite intelligere. & videte visio-
scilicet. Deo autem caudas nem. & nolite cognoscere. Excreca cor
ticionum fumigantium vocat rasyn regem syrie · & facere populi hui⁹. & aures ei⁹ aggrauа.
regem samarie. eo quod ipsi ultimi reges fuerint · & in illis & oculos eius claude. ne forte uide-
regnum syrie & samarie · & decem tribuum · que alio at oculis suis. & auribus suis audiat.
nomine appellantur ephraym · quod valde prius clamauerat: finitum & terminatum & corde suo intelligat. & conuertat.
sit. Heu inquam timeas · eo quod consilium malum & sanē eum. Et dixi. Vsq; quo dñe?
inierint contra te syria · effraym & filius romelie dicentes. Ascendamus. xv
ad iudam · cuius regio in montibus sita est · & suscitemus eum que sit tremorem · & quod damnose dormientē. & dixit. Donec dissoluent ciuitates
& vanellamus eum ad nos. ducendo eum captivum absq; habitatore. & dom⁹ sine homi-
de patrio solo. qđ nisi impetrato subiugando · & ponam ne. & terra relinquet deserta. & lon-
regem in medio eius filium tabeel. qui interpretat bonus ge facie dñs homines. & multipli-
deus. ut uel hominem hoc cabitur que derelicta fuerat in me-
nomine uel ydolū demonstrarent. Ideo dixi ne timeas · & cor tuum ne formidet. quia hec dicit dñs dio terre. Et adhuc in ea erit decimatio · & conuertet. & non erit
deus. Quamvis duo contra te regna consenserint · & pessimum consilium duo reges inierint. tamen non stabit. immo decidet. & non erit. & non cōplebitur effectu suo. quod machinati sunt. sed potius illos destruentur regna · quia nunc aliquo adhuc tempore erit quidem caput scilicet regni syrie damascus · & caput damasci rasyn. & samaria · & regia domus in urbe samaria erit ea. put effraym · & decem tribuum · in quibus regnauit primus ieroboam · qui fuit de genere effraym · & caput samarie filius romelie: facee scilicet. Et hoc in longum non erit · quoniā adhuc sexaginta & quinq; anni complenda sunt. & delinet effraym esse populus. Ira destruetur regnum eius: ita ipsum et dissipabit ab hostibus & dispgetur. Dicit hic beat⁹ ieronim⁹. Hoc nisi diligentius attendamus: stare non poterit. Regnum enim achaz

xvi Cap. vii.
Factū est in dieb; achaz filii ioathā
fuit sup iudam annis sedecim. Post cuius mortem septimo anno imperii sui captus est osee. & destructa samaria omnis populus traductus est in medos: ita ut si voluerint sedecim annos achaz & septem osee pleni efficiant anni viginti tres. Et ubi erunt sexaginta & quinq; anni? in quibus dicit regnum israhel finiendum. Igit hebrei hunc locum ita edisserunt · quod amos qui prius contra samariam pphetauit · pphare ceperit in diebus ozye regis iuda ante duos annos terremotus · quem tunc voluerunt euenisse · cum ozias ingressus templum dei sibi sacerdotium uendicauit. Nam et terra concussa est · & cineres altaris effusi sunt: & ipse rex percussus est lepra. Volunt autem annum fuisse vicesimū quintū anteq; hec acciderunt. Cui reliqui anni sunt viginti septem. Ozias enim regnauit annos quinquaginta duos. Post cū regnauit ioatham filius eius annis sedecim · & huius filius achaz alius sedecim. Post quem ezechias · cuius imperii septimo anno capta est samaria: atq; ita efficiunt simul anni sexaginta quinq;. Hec domino p pphetam predicente: & achaz & populus futura non credidit. Vnde ad exhortandum eos ut fidē huic accōmodent. subiungitur. Si non credideritis non permanebitis in regno uestro: sed in captiuitatem ducemini sustinentes eorum penas · quorum imitati estis infidelitatem. Hec iuxta hystoriam diximus. Ceterū iuxta certam tropologiam considerandū est · qđ duas caudas torrium fumigantiū ut prius diximus · uocat sapientiam secularem · hereticumq; sermonem · quorum finis exitio est. Qui frustra inierunt consilium ut ascenderent contra iudam · & quasi negligentem & dormientem caperent · & suis erroribus copularent · ponerentq; sup eum regem filium thabeel · hoc est bonū deum. Cherq; enī aduersarius apud se estimat ueritatem esse · & samam doctrinam. Hec illis dicentib⁹ dñs cōminatur qđ non stet consilium eorum. sed & interim quamdiu nunc mundus iste stat. & ea que mundi sunt · in suis finibus · & in suis urbibus dominent: cum autē consummationis tempus aduenerit · hoc sexaginta quinq; anni · & tam mundi res quam in sex diebus facte sunt · quam omnia que ad qm sensus primum finem acceperunt · tunc uniuersa esse soluenda. Et adiecit dominus loqui ad achaz dicens · licet in pluribus superdictis contēpnere · & non credere tur ei. Pete tibi signum. Ac si dicat. Quia tibi difficile esse uidetur quod regna potentissima breui tempore finienda sunt · & tu cum populo tuo de magno periculo liberaris: pete tibi huius rei signum · non ab ydolis quorum errore detineris · sed a deo deo tuo · & quem singulariter amare · colere · ac timere debes · qui tibi nimium pollicetur. Atq; optimus tue ē ipsum signum unde postules · in profundum inferni · siue in excelsum supra · & siue de inferno siue de celo. Et est dicere. Si uis aperiens celi · aut scinderetur terra · & grandis hiatus in

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK GIESSEN

seri parebunt. Sic moyses accepit signa de terra. cum misit signa. & plagia in medio tui egip
te. ranas. locustas. cynifes. cinomiam. de celo autem cum grandinem. & ignem. & tri
dium tenebras. Sic quoq; ezechyas. quando sol decem retrorsus est. lneis. signum acce
pit e celo. & thelus filius naue. in gabaon. & hayalon stantibus sole. & luna. Et dixit achaz.
Non petam. & non temptabo dominum.
Non humiliteris est sed superbie. quod non
uult signum a domino postulare. Quamq;
enim scriptum sit in deutronomio. ñ temp
tabis dominũ deum tuum. & hoc contra di
abolum saluatoris ulus sit testimonio. tñ
uisus ut peteret. obedientie debuit exple
re preceptum. presertim cum & gedeon &
manue signum petierint. & acceperint. qm
qm iuxta hebraicu sermonis ambiguitatẽ
in quo scriptum est uidenassem adonay.
possit intelligi. non eraltabo dominum.
Sciebat rex impius. quod si signum pete
ret acceptuus esset. & glorificaretur deus.
Et dixit scilicet ysaias. Ipse enim ut sepiss
me solet. de se loquitur tanqm de alio. Au
dite ergo domus dauid. Achaz rege scelera
tissimo signum petere nolente. sermo pphe
ticus ad domum dauid. & ad tribum regi
am conuertitur. arguens quod exemplo
impiissimi regis seruos domini psequant.
& ulius uisis non auscultent. Sed iungit.
O domus dauid quandoquidem idem qui
impiissimum regem uestrum uos errore te
net. & similes ceteras muoluit. ergo audite
correptionem piam. in uectionem saluatore.
Numquid parum est uobis. & parum esti
matur peccatum. aut parua supplicia lu
endum. uos molestos esse hominibus scis
uidelicet pphetis. quos psequentes affli
gitis. quod ideo dico. quia molesti estis & deo
meo. & graues. & eius hostibus. & habentes labore
de quo dicit. laborauit sustinens. quia eius
dicta contempnitis. & iubentis sententie con
trarius. Demonstrat ppheram hec loqui
in propria psona. quod subiungit. & deo meo.
Propter hoc dabit dominus. Sic continua
do qui a est. nec uoci domini. nec sanctis ere
ditis pphetis. Propterea ut uel sic uelitis ad
fidem conuerti. dabit dominus. & pius tm
sericors uobis signum. & quiddam nouum.
quiddam mirabile operabitur super terram.
mittens ad nos in carne filium suum. ut
secundum apostolum iam non multifariã
multisq; modis loquatur deus in pphetis.
sed qui ante loquebatur p alios dicat. ecce
adsum. atq; docat p seipsum. Quod & ro
gans sponsa in canticis canticoꝝ dicit. Oscu
letur me osculo oris sui. Notandum quod
hoc totum patribus promissum. eis dominus
in filiis suis compleuit. Dixit dominus da
bit signum. & ecce quod signum dabit.
Virgo. & adolescentula & integra. que uirũ
minime cognouit. Nam alma quod p hoc
sermone apud hebreos positum est. uerbũ
ambiguum est. Dicitur enim & adoles
centula. & abscondita. & secreta. que tum
qm matrone parauerit aspectibus. sed magna
parentum diligentia custodita sit. Nam si iuuencula uel puella. & non uirgo pariat ut ui
deri uolunt. quare signum debeat appellari. cum hoc nomen eratis sit. non integritatis.
Concipiet de spiritu sancto. et pariet sine omni dolore filium. uirgo ante partum. & in partu. & uir
go post partum. & uocabitur nomen eius emmanuel. i. nobiscum deus. Nobiscum. hoc est car
nis ac mortalitatis nostre participes. nobiscum consilio & adiutorio. etiam o domus iuda si ere

filii ozie regis iuda. ascendit rasin
rex syrie. & facee filius romelie rex
israel in iherlm ad preliandũ con
tra eam. & non potuerũ debellare
eam. Et nuntiauerũ domui dauid
dicentes. Requieuit syria sup ephra
im & cõmotũ est cor eius & cor pli
eius. sicut mouent ligna siluarũ a
facie uenti. Et dixit dñs ad ysaiã.
Egredere in occursũ achaz tu & ia
derelictus est iasub filius tuus. ad
extremũ aqueductꝰ piscine superio
ris. in uia agri fullonis. & dices ad eum.
Vide ut sileas. Noli timere. & cor tuũ
ne formidet. a duab caudis tizionũ
fumigantiũ istorũ. in ira furoris
rasin. & syrie. & filii romelie. eoqd
consiliũ inierit contra te syria ma
lũ. efframm & filius romelie dicentes.
Ascendamꝰ ad iudã & suscitemꝰ eũ.
& euellamꝰ eũ ad nos. & ponamus
regem in medio eius filiũ thabeel.
Hec dicit dñs. Non stabit & ñ erit

das in eum qui nasciturus
est. contra duos impiissimos
reges tecum in bello. Ipse
enim est qui uisus est abra
ham. & locutus est cum moy
se. ac populum suum de ma
nu egiptoꝝ liberauit. Et
ne putet eum in phantasma
te nasciturum. ipse butyrũ
& mel comedet. & cibis utet
infantie uel paupertatis. Et
licet de eo multa post secula
euangelista tradetur. puer
profiebat sapientia & etate
& gracia apud deum & apud
homines. & hoc dicitur ut
ueritas humani corporis ap
probetur. tamen adhuc pan
nis inuolutus. & butyro ac
melle pastus. talis erit. ut
sciat reprobare malum & eligere
bonum. non quod hoc face
ret. scilicet aut reprobaturus
aut electurus. sed quod sciens
reprobare & eligere. ut per
hec uerba noscamus infantiã
humani corporis. diuine non
iudicasse sapientie. Quem
multo post tempore nasciturum. recte nunc o domus iu
da uocabis. quia antequã
sciat puer reprobare malũ.
& eligere bonum. & antequã
carnem assumat. puer fuit
habere se iudicium boni ac
mali. sciat ostendat. ad mysteri
um & inuocationem nomi
nis eius derelinquetur ter
ra. & uastabitur syria & sa
maria. quam ruinis destruis.
propter exicium quod in
natura sibi. te liberato sub
audis. a facie duoꝝ regum
suoꝝ. quos metuis. rasyn scili
cet & facee. Uel a quibus
derelinquetur. A facie. i.
presentia duoꝝ regũ suoꝝ.
qua superueniente assyrio.
ambo in captiuitatem ducti.
ac tota terra uastata est.
Derelinquetur quidem ter
ra. & hoc modo. Adducet
dominus sup te & iudam. ut le
ticia & iocunditate sua te in
uoluant. uidelicet & super
tuum. i. minores. & sup do
mum patris tui dauid. hoc
est maiores. dies gaudii
& exultationis. qui. i. quales
nondum uenerunt a die
bus separationis efframm
a iuda. hoc est ex eo tempore
quo decem tribus a duabus
separate sunt. Adducet re
quam. & faciet cum rege assy
rioꝝ illo sibi ministrante in
hoc. ut duobus regibus su

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

peratus atq; subuersis tu emmanuelis presentia libereris · Potest etiam aliter legi sic · O domus mihi auscultes que dico · et si in presenti duo illi reges rasyn et facee meriendi non sunt · tamen postea adducet dominus super te · ceteram dies tribulationis et angustie · quales non fuerunt prius cum rege assyriorum re sue mi

nistro super te · Et sic de presenti quidem formidine liberat · de futuro tempore comminatur · Et erit in die illa · Dixi quia adducet dns super te malum · et erit hoc · et procul dubio euenit · qm die illa certa · Uel erit immutabiliter quod dicam · in die illa re ac unctione sue · sibilabit dns muscę que est in extremo fluminum egypti · deest signo ac nutui uoluntatis sue contra te omnes egyptios prouocabit · qui propter idolatrie sordes · uel quia populis inbellis sunt · musce appellantur · Et api que e in terra assiriorum · Populum assur apem uocat · quoniam eius illo tempore potentissimum erat regnum · et ad bella promptissimum · uel ob id quia omnes prope assyriorum et plebis regio usum habeat sagittarum · Et uenient et requiescent omnes in torrentibus uallium et cauernis petrarum · et in omnibus fruticis · et in universis foraminibus · et tota occupabunt terram tuam · Hec autem per metaphoram dicuntur · ut quia sicut mel muscas et apes nomina uerat · translationem seruaret in reliquis · Hec omnia completa liber regum et paralipomenon ostendit · ubi uidimus ab egypti is cesum sanctum regem iosyam · et populum israhel · et potestati egyptie subiugatum · et post non multum temporis uenit nabugodonosor cum immensa inmanissimi multitudine bellatorum · captaq; iherusalem · et ceteris iudee urbibus diruptis · incendit templum · et habitatores assyrios posuit in iudea · In die illa · Sibilabit quidem dominus muscę et api · atq; occupabunt terram tuam · et in die illa mutationis illorum et ultionis diuine · radet dominus · et funditus spoliabit caput et pilos pedum · et barbam uniuersam · et omnes capillos · et pilos totius corporis · a capite usq; ad pedes · detorquebit barbe quod uirilitatis indicium est · radet dominus de iudea · Et est dicendum quicquid pulchrum aut ualidum in iudea erit penitus auferet · ita ut quod residuum erit effeminatis hominibus · immo ignominiosis

ustud · sed caput syrię damascus · et caput damasci rasin · Et adhuc lx · et v annis · et desinet effraim esse populus · et caput effraim samaria · et caput samarię filius romelię · Si non credideritis · non permanebitis · Et adiecit dns loqui ad achaz dicens · Pete tibi signum a dno deo tuo · in profundum inferni · siue in excelsum supra · Et dixit achaz · Non petam · et non temptabo dnm · Et dixit · Audite ergo domus dauid · Numquid paruum est uobis molestos esse hominibus · quia molesti estis et deo meo · Propter hoc dabit ipse dns uobis signum · Ecce uirgo concipiet et pariet filium · et uocabitur nomen eius emmanuhel · Butyrum et mel comedet · ut sciat reprobare malum et eligere bonum · Priusquam sciat puer reprobare malum et eligere bonum · derelinquetur terra quam tu detestaris a facie duorum regum eius · Adducet dns super te et super populum tuum et super domum patris tui dies

feminis comparetur · Et hoc faciet in nouacula conducta · in his que trans fluuium euphraten sunt · Quid sit nouacula · exponit subiungens · in rege assyriorum · Illum ideo nouaculam appellat · quia sicut hec acuta pilos penitus abradit · ita hic uictis nichil reliqui dimittebat · omnia uastabat · Etiam idcirco adiungit conductam · quia si pro diuina ultione laborabat · cuncta tum quas capiebat mercede donabatur · Hic est quem in ieremya dominus obiurgationem populi peccatoris · etiam columbam suam uocat · Et erit in die illa scilicet cum fuerint iudeorum opes translate in chaldeam · tanta erit solitudo terre iudee · et omnium credibilis uastitas · ut nequaquam armenta boum · aut habeant greges ouium sicut prius consueuerant · sed uix tarus habitatorum nutriet homo unam boum · et quam ex multis bobus uix retinuit · et duas oues · non ad arandum sed ad cibum lactis · et uestitum uelleris · Nam post subuersionem iherusalem · nabuzardan princeps militie paucos de populo · et eos pauperes dereliquit in terra · qui uineas et agros excolerent · Et ex penuria frumenti ac ceterorum que terra gignit comedet butyrum · et hoc pre ubertate lactis quam habebit · Terra enim cultorum raritate herbe fertilior fit · et magis apta pascuis · Quod non facient duo uel tres tantum · quia portabunt butyrum enim et mel manducabit omnis qui relictus fuerit in medio terre · i · intra predictam terram manducabit butyrum et mel siluestre · reliqui uictus sustinens inopiam · Et erit in die illa erit quod subiungit · omnis locus ubi fuerint mille uites mille argenteis · subaudis uix ementur · ut singule uites sycelis argenti singulis comparentur · Et hoc idcirco erit · quoniam hostili metu nequaquam excolent · et in spinas mortuos · et in uepres maiores erunt · Uepres autem et hostili metu id contingit · quia si quem habeant agrum quem cogente necessitate aliquando inuisant · cum sagittis et arcu ingredientur illuc · Tanta erit formido ubique seminantibus gladius · Hec mirum · si in uepres et in uepres erunt · Uepres enim et spine erunt in universa terra · quoniam derelictis campestribus locis ad montana confugient · et ibi locorum difficultate munita · asperos montes manu fodient · Et omnes hy montes · qui in sarculo sarrientur quoniam arata non habebunt · sustentabunt · scilicet misera bilem uitam illorum · quia ex aliquanta cultoris assiduitate · non uenient illuc terrores spinarum et uepreum · Et erit in pascuam bouis · et in conculcationem pecoris · et ceterorum terra parebit pascuis · et absque ullo custode a bruti animalibus calcabitur · Hec post captiuitatem fieri solere · utinam nesciremus · Et dixit dominus ad me · Primum sermo dominus conuersus est ad domum dauid · et promisit uirginem paritaram filium · cuius nomen sit emmanuel · qui si crebro fuerit inuocatus · samaria subuertatur et syria · Nunc uero rur

sus partus describitur uirginalis / & facturus quod multo magis est demonstratur.
Hoc est quod propheta subiungit. Et dixit dominus ad me. Prius quidem populo
infideli incarnationis mysterium filii mei reuelaui. at quia oblatam gratiam contem-
sit. nequaquam ultra eis proferas nouae natiuitatis archanum. neque margaritas
porcis proicias / sed sume tibi librum
grandem. cui multigenae secretum hoc
inscribi possit. qui sit mirabilior huma-
nis uerbis. & scribe in eo stilo hominis.
i. stilo quo homines scribere consueue-
runt. Quid autem est qd scribitur hu-
mano stilo? Hoc pericio. O unigenite
dei. non mittas angelos. non prophetas
sed ad saluandas creaturas tuas ipse
descendens. uelociter spolia diabolo de-
tra[illegible]he. cito praedare. Praedam accipe
mi[illegible]nores. spolia uero maiores. qui-
bus maxime diabolus gloriabat.
De his in euangelio scriptum est. Cum
fortis armatus custodit atrium suum.
in pace sunt ea quae possidet. Si autem
fortior illo superueniens uicerit eum.
uniuersa arma eius auferet. et spo-
lia distribuet. Quod et factum est.
Venit filius dei p incarnationis mys-
terium. in domum fortis scilicet diabo-
li. i. in humanum genus quod inhabi-
tabatur a forti diabolo. & humana
natiuitatis cepit eum. quia ille eum cre-
dens hominem esse tantum. manum
in eum misit. in quo nullum ius sibi
inuenit. & ideo iure perdidit in quos
ius habuit. i. filios diffidentiae. quibus
prius utebat ad implendam uoluntа-
tem suam. quibus quasi insignitus
erat. & per quos propinabat alis po-
tum mortis. Haec spolia peccatorum remis-
sione facta. dominus spiritualibus do-
insignauit. & diuisit ea ad ornatum sanc-
tae ecclesiae / quia dedit quibusdam apostolos.
alios euangelistas. alios prophetas. & c.
Ut ergo facerem quod iussum est. & ad-
hibui mihi testes fideles. uriam sacerdo-
tem. & zachariam filium barachiae. Per
uriam sacerdotem omnes legis doctores
accipe / quia dicit malachias. Labia
sacerdotis custodient scientiam. & legem
requirent ex ore eius. quia angelus do-
mini exercituum est. Per zachariam
uero quem propheram fuisse non dubi-
um est. ceteros intelligi prophetas.
Hos autem atque hos omnes sibi isaias
testes adhibuit. nihil de nouae incarna-
tionis secreto mirendens scribere. quod
ab eorum testimonio usquam uideretur
discrepare. Uel urias interpretatur
hic dominus. zacharias memoria domini
barachias benedictio domini. quibus tes-
tibus xpi natiuitas comprobatur. Et
sciens me nihil ex me posse. sed ab illo
de quo scriptum est. Accedite ad eum. &
illuminamini. Accessi ad prophetissam.
& exhibui me dignum spiritu prophe-
ti. & prebui me prophetisse. hoc est spiritui sancto. eo quod sermone hebraico nouit
genere femineo. Non quod uerus in deo monstretur. immo uel forte suspicetur.
Sub regula namque trium linguarum spiritus sanctus diuerse accipitur. In hebreo
ut dixi femineo genere. in graeco uero ne uerus in eo credatur neutro. & in latino
masculino inuenitur. Uel accessi animo ac meditatione ad uirginem mariam. eo

qui non uenerunt a diebus separatio-
nis effraim a iuda / cum rege assirio.
Et erit in illa die. sibilabit dns mu-
sce quae est in extremo fluminis egip-
ti. & api quae est in terra assur / & ue-
nient. & requiescent omnes in torrentib⁹
uallium. & cauernis petrarum / & in
omnibus frutectis. & in uniuersis fora-
minibus. In die illa radet dns in no-
uacula conducta in his qui trans
flumen sunt. in rege assyrio. / caput
& pilos pedum. & barbam uniuersam.
erit in illa die. nutriet homo uaccam
boum & duas oues. & pre ubertate
lactis comedet butyrum. Butyrum enim
& mel manducabit / omnis qui relic-
tus fuerit in medio terrae. Et erit in
die illa omnis locus ubi fuerunt mil-
le uites mille argenteis / & in spinis
& in uepres erunt. / cum sagittis & ar-
cu ingredient illuc. Uepres enim &
spinae / erunt in uniuersa terra. Et
omnes montes qui in uertice sarient

quia dicit de illa / utpote
scripturus de ea. Ipsa enim
loquitur in euangelio.
Ecce beatam me dicent
omnes generationes. quia
fecit mihi magna qui
potens est. / cetera. Et
concepit & peperit filium.
i. conceptionem sacratis-
sime uirginis & partum
stilo hominis uti ussum
fuerat adnotauit. Et dix-
it dominus ad me. Voca
nomen eius. accelera spo-
lia detrahere. Praecipitur
ysaiae. ut ipsum qui uoca-
tur emmanuel. appellet
etiam accelera spolia de-
trahere / festina praedare /
quia sicut quis ad alium
frequenter proprio eius
utitur nomine / sic cot-
tidie mecssanter deuotione
fidelium. hoc ad deum di-
rigitur pericio. Ipse enim
cotidie in membris suis as-
cendens in altum captiuam
ducit captiuitatem. acci-
pit dona in hominibus.
Et hic merito ab omnibus
inuocandus est. quia nec-
dum natus populum su-
um sola inuocatione pote-
rit saluare. Hoc est quod
dicit. quia antequam hu-
manum corpus assumat.
& puer factus. utera infan-
tiam sciat puer inuocare pa-
trem suum. & matrem su-
am. ad nutum eius ause-
retur fortitudo damasci.
& spolia samariae coram re-
ge assyriorum. qui in hoc sub-
seruiet dispositioni diuinae.
Iuxta tropologiam. anima uirginalis. & nulla sor-
de maculata. de spiritu
sancto dei sermone concepit.
uelociter de aduersarius
potestatibus spolia detra-
hit. & sibi facit unuer-
sa seruire. Cumque homo
ex parte nunc uideat. &
ex parte propheret. pri-
usquam possit esse perfectus.
& merito deum uocare
patrem. & matrem suam
celestem hierusalem. ad
huc in infantia. & im pro-
fectu positus. uincit fo-
titudinem damasci. doctri-
nam uidelicet sapientiae
secularis. & aufert spo-
lia samariae. quibus he-
retici ecclesiam spoliare
conantur dicentes. Non est
nobis pars in dauid. nec

hereditas m filio ysai. presente ipso rege assyriorum. diabolo. qui eis non poterit auxiliari. Et adiecit dominus loqui ad me. Dixerat supra dominus auferendam damasci fortitudinem. & spolia samarie in conspectu regis assyriorum. & eo pugnante duos reges capiendos. Nunc etiam loquitur ad prophetam

non uenit & illuc terror spinarum et uepriū: & erit in pascuā bouis. & in

Isaie Deus.

conculcationē pecoris. & dixit dns ad me. Sume tibi librū grandem. & scribe in eo stilo hominis! velociter spolia detrahe. cito predare. Tradidit mihi testes fideles. uriam sacerdotē & zachariā filium barrachie. & accessi ad pphetissā! & concepit & peperit filiū. Et dixit dns ad me. Voca nomē eius accelera spolia detrahere. festina predari: quia ante quā sciat puer uocare patrē suū & matrē suā. auferet fortitudo damasci. & spolia samarie. coram rege assyriorum. Iterum adiecit dns loqui ad me adhuc dicens. Pro eo qd abiecit pls iste aquas siloe que uadunt cū silentio. & assumpsit magis rasin & filium romelie! propter hoc ecce dns adducet sup eos aquas fluminis fortes & multas. regem assiriorum. & omnē gloriam eius. & ascendet sup omnes riuos eius. & defluet

non uenit & illuc terror spinarum et uepriū: & erit in pascuā bouis. & in conculcationē pecoris. & dixit dns ad me. Sume tibi librū grandem. & scribe in eo stilo hominis! velociter spolia detrahe. cito predare. Tradidit mihi testes fideles. uriam sacerdotē & zachariā filium barrachie. & accessi ad pphetissā! & concepit & peperit filiū. Et dixit dns ad me. Voca nomē eius accelera spolia detrahere. festina predari: quia ante quā sciat puer uocare patrē suū & matrē suā. auferet fortitudo damasci. & spolia samarie. coram rege assyriorum. Iterum adiecit dns loqui ad me adhuc dicens. Pro eo qd abiecit pls iste aquas siloe que uadunt cū silentio. & assumpsit magis rasin & filium romelie! propter hoc ecce dns adducet sup eos aquas fluminis fortes & multas. regem assiriorum. & omnē gloriam eius. & ascendet sup omnes riuos eius. & defluet

super omnes ripas eius. & preualebit ad uersus omnes qui eum compescere aut comprimere posse uidebantur. Et postquam decem tribuum subiugauerit ciuitates. & ibit per iudam mundans. & suam ubique potentiam exercens. & transiens usq ad collum ueniet. & sicut collum capiti proximum est. ita uicinas hierusalem que in iudea est occupabit ciuitates. per que prope tunc factam significat iudee captiuitatem. Non enim tunc captus est iuda sed cunctis duarum tribuum urbibus subiugatis. sola remansit hierusalem. que incredibili dei misericordia liberata est. Nec mirum si ad collum usq; perringet. & erit extensio alarum eius. & ducum ac multitudo multitudo. implens latitudinem terre tue o emmanuel. Deo hec apostropha fit. ut ingens assyrij superbia noueritur que se in tantum ereuerit. ut etiam terram ipsius emmanuelis scilicet iudam conata sit possidere. Iurta anagogen. omnis heretikus qui iunxerit auxilio suo sapientiam secularem. & sanctam hierusalem. & dei ecclesiam uoluerit impugnare. derelinquens aquas fontis siloe. que interpretatur missus. & aquas doctrine xpi. que absq; strepitu & clamore uerborum leniter fluit. tradet assyriorum principi. & diabolo. qui tante est arrogantie. ut sit ausus saluatori dicere. Uniuersa regna mundi tibi dabo. si procidens adoraueris me. Qui etiam conabitur domum iuda. & domum confessionis intrare. & crebro per eos l'peis qui in ecclesia negligentes sunt. usq; ad collum uenerit. etiam perfectos in xpo capiens suffodere. & extendendo alas suas. implere uniuersam regionem emmanuelis. sed non poterit obtinere. quia habet presentem iudam deum. Congregamini populi. Sic continua. Ex supradictis constat. quod nobiscum est deus. Et quia nobiscum est deus. igitur o duo populi & samarie & syrie congregamini contra hierusalem urbem dei. atq; licet maior sit numerus obsidentium quam obsessorum. tamen uincemini. Et ita fiat. Congregamini populi. & uincemini. Quasi dicat. Absentio perurgeri uos iudicio diuino. et hoc audite. & cognoscite non solum uos qui uicini estis. sed & uniuerse procul terre. Confortamini inuicem exhortando. & uincimini. Accingite uos modis omnibus ad prelium preparando. et tamen non semel. sed iterum dico. uincimini. Inite consilium. & quodcunq; contra hierusalem erit dissipabitur. Loquimini uerbum scilicet ascendamus ad iudam. & suscitemus quiescentem. & ponamus regem super eum filium thabeel. & non fiet. Cur hoc? Quia nobiscum deus. Possum etiam hoc testimonio uti in persecutionis tempore. quod quamuis ecclesie inimici fortes esse uideantur. & nos superare in hiis qui lapsi sunt. tamen uincantur in hiis qui pro xpo fuderunt sanguinem. & quod post bella parabitur ecclesie. & uniuersa cor contra fideles consilia dissipentur. quia nobiscum deus. Contradicentes quoq; ueritati. nequaquam ualeant in mendacio uincere. quia nunquā peruersitas poterit superare quod rectum est. Preter hanc quam predixi. alia etiam causa est. quare imperii nostri sacramenti non sumus. Hec enim ait dominus ad me. cui credere. cui debeo obedire. quia erudiuit. & instruit me sicut in so-

ti manu · r in uallo muscdie sue auri
lio p bona opera · r grām quā p bona
opa consecutus sum · ne urem in ua po
puli huius pessimi · ac pari detinear er
rore dicens · Jd a supio dependet · Hoc
modo aut dominꝰ ad me dicens · media
uero p parentheſim dicta sunt · ñ dicatis
conuratio · Hec subaudis pauenda ac
formidanda nō est · Et bene dixi conu
ratio · Omña enī que loquitur populus
iste · conuratio ē · id est confirmatio in ma
lum · Non inquam dicatis hoc · et · r eriā
timorem eius · r minas imperiis mul
titudinem · quibꝰ meruendꝰ uidet · ne timg
atis interius · neq; paueatis exterius ·
Dñm aūt exercituū · ipm · r creatorem r
aditorem uīm sanctificate · r sēm osten
dite · solū adorando · r colendo · Ipe pauor
uester · r ipe terror uester subaudis sit ·
Et uobis timentibus eum · credentibꝰ
in eū · sperantibꝰ in eum · r erit uobis in
sanctificationem · Ipe ē qui iustificat ex
circumcisionem ex fide · r ꝓuenit p fidem ·
Incredulis erit in lapidem aū offensi
onis · uidelicet domui iuda · r in petrā
scandali duabus domibus israhel · Dñs
ꝓpter firmitatem ac soliditatem petra
seu lapis dictus ē · In eū offendunt
seu scandalizantur · quicūq; creature
seruunt potius quā creatori · Scanda
lum aū grecū est · r sonat in latino ser
mone offensam · uel ruinā · uel rixam ·
Ruinam uel ruinam offensionem ubi dici
tur · Ve qui scandalizauerit unum de
pusillis istis · r qui offenderit · uel ruere
fecerit · Rixam · ut ibi · Quo audito
uerbo · pharisei scandalizati sūt · r rixati ·
Duabus quidem domibus erit in
scandalum · r offensionem · r precipue
in laqueum · r in ruinam habitantib;
ꝑhrusalem · Vere in ruinam · quia ex
offendent ex eis plurimi blasphemantes ·
r cadent · ydola potius adorantes · uel
xpm filium dei crucifigentes · r contę
rentur · in furore malicie sue pduran
tes · Et uere in laqueum erit quā plu
ribus · quia r abiectione · r contemptu
eius · uinculis peccatoꝝ suoꝝ · r irretie
ntur · r irretiti capientur · atq; in cap
tiuitatem ducentur · Liga testimoni
um · Vox dei est loquentis ad prophe
tam · Verum est quidem quod asseris ·
quia dominus in lapidem offensionis
r petram scandali erit duabus domi
bus israhel · Jllis igitur liga testimoni
um propheticē · ne quis eius sensum my
sticum pscrutari possit · r signa legem ·
quatinus eis omnia semp clausa sint
sup̄ uniuersas ripas ei⁹ · & ibit p uda
uindans · & transiens usq; ad collū
inuenie · & erit extensio alarū eius
implens latitudinē terre tue ô emma
nuhel · Congregamini populi & uincimini ! & audite ꝑcul uniuerse
terre · Confortamini ! & uincimini ·
A ccingite uos ! & uincimini · Inite con
siliū ! & dissipabit² · Loquimini uer
bū · & non fiet ! quia nobiscū ds · Hec
enī aūt dñs ad me · Sicut in forti
manu eruditus me ! ne urem in ua
populi huius dicens · non dicatis con
uratio · Omña enī que loquit² pls
iste · conuratio est · Et timorē eius
ne timueritis · neq; paueatis · Dñm
exercituū ipsū sēificate ! ipse pauor
uester · & ipse terror uester · & erit uobis in
sēificationē ! in lapidē autē offensio
nis · & in petrā scandali · duab: domi
bus israhel · in laqueū & ruinā habi
tantib: ierlm ; & offendent ex eis
plurimi ! & cadent & conterentur ·
& signata · r quod legunt
non intelligant · ea duo
existentia in discipulis
meis · r in notitia eoꝝ
qui fidem rectam habēt ·
r eam bonis operibus ad
ornant · Sciendum est
enim · quia sacra scriptu
ra impiis clauditur · fi
delibus aperitur · Non
enim propter fideles ser
uos · sed propter fures
r latrones diuine sub sig
na clauduntur · Quod
qua precipue futurum
erat · tempore quo incar
natus est filius dei · re
spondit prophera · O dñe
tibi equidem parendum
est · Et ut impleā quod
mihi ego expectabo do
minum emmanuelem
scilicet quem primitus
esse uenturum · r prestola
bor eum si moram fecerit
qui abscondit faciem su
am · r cognitionem su
am a domo iacob · r a ui
deis · quia eum recipere
noluerunt · Si enim
cognouissent · nunquā
dominū glorie crucifix
issent · Ecce inquā presto
labor ego · r etiam pueri
mei quos michi dedit do
minus ihesus in signum
r in portentum israheli ·
scilicet missos a domino
scilicet patre exercituū ·
filii uidelicet prophete ac
filii prophetarū · qui non
ex uoluntate carnis sed
ex deo nati sunt · Jsti autē
pueri in signa dati sunt
r portenta a domino ex
ercituum · deo patre scili
cet israheli · uirtā quod
in ezechiele legimus · Et
erit ezechiel uobis in sig
num · In zacharia quoq;
sancti uiri prophetarū ·
discipuli · uiri signoꝝ · ac
portentoꝝ · appellantur ·
eo quod semp prophete in
signum precesserint fu
turoꝝ · Hoc interim uir
tā litteram · Tamen be
atus apostolus in epistō
la ad hebreos docet · licet

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

eam latina consuetudo
inter canonicas scriptu
ras non recipiat. hoc
testimonium ex ꝑsona
debere intelligi dñm
saluatoris. & nomine pu
ros apostolos eius sig
nari. fuerunt autē ih
pueri in signum atq; por
tentum sapientie secu
lari. & superbie iudeo
dum stulta mundi & in
firma elegit deus. ut con
funderet sapientes & fo
ra. Horandum uero q
quod dictum est. quos
mihi dedit dominus a
domino exercituum. ita
intelligendum est. sicut
illud in genesi. Fiat do
minus a domino. i. filius
a patre. Qui habitat.
in monte syon. i. in scā
ecclesia. Syon mons qui
dam altus est. olim posi
tus intra hierusalem.
unde a longe solebant
prendere hostes. uel
quoslibet aduenientes.
& interpretatur specu
lar. Vnde tum propter
significationem. tum ꝓ
ter interpretationem. re
te hoc nomen syon conue
nit ecclesie. & fidelibus.
qui & alti sunt eminentia
uirtutum. & firmi fundā
mento. & stabiliuntur fidei.
sicut mons & altus & fir
mus est. & inspicere debēt
que a longe sunt. & futu
ra non presentia. antē
riora non posteriora. si
cut a syon longe posita
aspiciebantur. De hīs
enim dicit apostolus. Nos
autem reuelata facie spe
culamur gloriam dei. Et
cum dixerint ad uos. &
cetera. Hic uox domini
est erudientis seruos su
os. ne magis incantatio
nibus. quam legi diuine
fidem accōmodent. Iam
ge. supra repetens. Do
minum exercituum sanc
tificate. ipse pauor & ter
ror uester. & cum dixerint

O & uidentib⁹. & sapientib⁹. Liga testi
monium. signa legē in discipulis meis.
& expectabo dñm qui abscondit faciē
suā á domo iacob. & prestolabor eū.
Ecce ego & pueri mei quos mihi dedit
dñs in signū & in portentū ysrahelis.
á dñō exercituū qui habitat in mon
te syon. Et cū dixerint ad uos. que
rite á phitonib⁹ & á diuinis. q̄ stridēt
incantationib⁹ suis. numq̄d non pl⁹
á dō suo requirē (uisionem) pro uiuis ac mor
tuis. ad legem magis & ad testimoniū.
Q d si non dixerint uxta uerbū hoc.
non erit eis matutina lux. Et tran
sibit ꝑ eam. corrue & esurie. Et cū
esurierit irascetur. & maledicet regi
suo & dō suo. & suspiciet sursū. & ad
terrā intuebitur. & ecce tribulatio
& tenebre. dissolutio. angustia. & ca
ligo psequens. & non poterit auola
re de angustia sua. Primo tempo
re alleuiata est terra zabulon. &
terra neptalim. & nouissimo aggra

ad uos populi ysrahel. quid prophetas
uultis audire. quid ysaie uerbis decipi
mini. numquid ipse nouit futura. que
rite magis a phitonibus. i. ab his qui in
phitonis spiritu prophetant. & a diuinis
. i. magis qui stultis habere dei spiritū vi
dentur. qui stridēt. i. sono horribili & obscu
ro precinunt futura incantationib⁹ suis.
utpote ab inferno animas euocantes. &
uaticinantes per eas. uti etiā de samuele
factum legitur. siue ut septuaginta in
pretari sunt. qui de uentre clamitant. Om
nis enim cuius deus uenter est. & gloriam
pudendis eius. de uentre clamitare dicen
dus est. Cum inquam hec & hec dixerint
ad uos. respondete scilicet. & dicite. Si uos
a mortuis uel a mortuor⁹ simulacris de
uiuentibus queritis. numquid igit⁹ non
populus iuda multo melius a deo suo. ꝙ
enim plures. sed deum unum uenerantur.
& colit. requirit pro uiuis ac mortuis.
Vnde si uultis nosse que dubia sunt. ad le
gem magis & ad testimonium scilicet requi
rendum est. i. uos legi testimonia tradite
scripturas. Iam scriptum est. Gentes
quas dominus deus tuus disperdet a facie tua.
somnia audient & diuinos. Tibi autem
non ita tradidit dominus deus tuus. Pro
phetam uobis suscitabit dñs deus uester.
tamquā me illū audietis. Hec quidē mo
neo. ꝙ uos aures audiatis. Q d. i. ꝓpter quod
istud denuncio siue dixerint aliqui ex uobis
iuxta uerbum hoc. indeq; magis deū quam
ydolum colendum. si erit eis matutina
lux. i. eis ihu xpi filii dei uiui cognitio si
lucebit. Nam lux matutina xpe intelligit
qui mane surgens a mortuis. tenebras erro
ris fugauit. & luce fidei totū mundū re
pleuit. Et ideo lux non erit eis. q. q̄sq; eor
transibit ꝑ eam. i. pertransibit. abiciet neq;
respiciet eam. Iam sicut sol quantū in se
est claris & cecis lucet oculis. ita quantū in so
est omnib⁹ ultro offert se dñs. Et q. non uidebit.
offendens corruet. de peccato in peccatū.
& esuriet. i. famem durissimā patietur.
audiendi scili sermonē dei. Et cū esurie
rit diuina gratia tactus intrinsecus. irascē
tur sibi ipsi. ꝓ peccatis suis. ira saluatoris.
De qua psalmista. Irascimini & nolite pec
care. Et maledicet regi suo. i. dyabolo qui
dñat in filiis diffidentie. & deo suo. i. lun
rie & auaricie sue. ac ceteris criminalibus.
quib⁹ postposito deo uero & summo cultui ser
hibuit. Et suspiciet sursum. & ad terrā
intuebitur. si quis forte e celo aut e ter
auxilii afferre possit. Et cū nullū sibi
suspiciet opem deesse q. & ecce mala hec
oppressa. tribulatio. multimoda. extre
& tenebre. i. cecitas mētis interi⁹ dissolutio mēbrorū. & nimia formidine. angustia exclusa
tria peccor. & caligo. i. incertitudo atq; ignorantia. qua una huic oīb⁹ liberari possit. ꝓse
quens. i. indeficiens. Et potest hoc ultimum ad mala supradicta oīa referri. Et cū pote
rit nisi gra dei succurrente auolare. & expectari de angustia sua. Posuit partē una mise
riam pro ceteris. Si tandem & huic & reliquis oīb⁹ multiplici genere peccor. & criminū op
pressis. misericordia diuina hoc ordine subuenit. Videlicet

Primo tempore ꝓdicatōis

xpi allegata est onere peccatoꝝ terra zabulon ⁊ terra nepthalym · quia in regionib; hay duab; tribuum · primum saluator euangelium predicauit · Iam ⁊ apostoli maxime de hus duab; tribubus sunt electi · Vnde psalmista · Principes iuda duces eoꝝ · principes zabulon · principes nepthalym · Et nouissimo · scilicet postquam passus ē xpc · resurrexit · celos ascendit · rursus aggrauata est

tarcina delictoꝝ · plurimis iudeoꝝ in errore pmanentibus · uia maris · i · litus genesareth laci · qui iordane influente efficitur · ⁊ more antiquoꝝ mare dicitur · qu quamliber aquam magnam mare appellabant · ubi tyberias · capharnaum · bethsaida · corozaym ciuitates site erant · qua regione maxime dominus commoratus est · ⁊ signa quam plurima ostendit · Vnde in euangelio · Ve tibi bethsayda · ue tibi corozaym · ⁊ cetera · Qua maris dico transiordanen · Cuius regionis · Galilee gentium · Due etenim sunt galilee · una transiordanen que gentium dicitur · quia gentibus uicina est · in qua salomon dedit hyram amico suo uiginti ciuitates · alia uero ubi dominus aquas uertit in uinum · Postquā autem oblatam sibi gratiam reppulerunt · unde paulus · nobis oportuit primum predicari uerbum dei · sed qua reppulistis illud · ⁊ indignos uos fecistis uite eterne · ecce conuertimur ad gentes · populus gentilis qui ambulabat de peccato in peccatum in tenebris ignorantie · ⁊ cecitatis · uidit lucem nē quaquam paruam · ut alioꝝ prophetaꝝ · sed magnam · ut eius qui in euangelio loquit · Habitantibus · i · securis · ⁊ torpentibus ac perditum moram facientibus in regione umbre mortis · lux orta est eis · Distat inter mortē · ⁊ umbram mortis · Hoc enim ipsa dampnatio certa est · qua iam detinetur dyabolus · a quedam illius membra · umbra uero mortis peccatū est · qua sicut umbra nulli diuturnē subsequi eius corpus cui umbra p̄cessit · ita certissimū est animā peccatis mortuā · pessima ⁊ eterna morte periturum · Vnde apls · Stipendia peccati mors est · Vel aliter · Aduentente xpo · ⁊ pdicatione illius chorusscante · prima terra zabulon · ⁊ terra nepthalym · scriba · ⁊ pharisеoꝝ est errorib; liberata · ⁊ grauissimū traditionū iugū dat · iugum · excussit de ceruicibus sui · Postea uū in nouissimo · i · p euangelium apli pauli qui nouissim omnium aplorum fuit · aggrauata · i · cumulata ac multiplicata ē pdicatio · ⁊ in uia maris · arq; transiordanen galilee gentiū · i · in cunctas gentiū · ⁊ finibus eius euangeliū xpi resplendunt · Sic tot orbis qui ydolatrie ac mortis umbris tenebat · clarū euangelii lumē aspexit · Multiplicasti gentem · id lucem ipsam que apparuit populo in tenebr constituto · i · ad dnm saluatorem · sic apostolus pha ex magno affectu · ⁊ dicitur ad eū · O lux salutaris que gentibus exorta es · que corda fidelium illustras · dum resplenduisti sedentibus in umbra mortis · Multiplicasti gentē tuam · ⁊ ecclesiam sanctam numero credentium · repleti · Vel multiplicasti gentem hoc est replesti oēs gentes notitia tui · ⁊ cū hinc aplis genares leticiā · ñ magnificasti · i · ñ omnimodam fecisti eā · quibusdā uidelic merroribus pmanentibus · uxta qd apls merorem dicit sibi ppetuū p fratrib; suis · qui sūt israelite · ⁊ iona tristatur qd saluan sint ninuite · ut cucurbita arueret · Cū aū aduenerit · ⁊ xpi uoꝝ gentes de uniuersis gentib; fuerit congregata · tūc demū letabunt aplī plena · ⁊ perfecta leticia corā

